



00 662

294<sup>2</sup>  
qm.



27

MEDICATIO PUELLÆ,  
Obstructione Mensium & Phle-  
gmaticâ cachexia laborantis.

*Q V A M*  
Divino adjuvante Numine,  
SUB PRÆSIDIO

*Viri doctrinâ & experientiâ clarissimi;*

**D. HENRICI REGII,**  
Reip. Vlrajectinæ Poliatri, & Medicinæ  
ac Botanices Professoris Ordinarii,

Publicè ventilandam proponit

GUALTERUS SCHAGHEN Batavo-Duranus.

*Ad diem 21. Octobris, horâ 9. matutinâ.*



Natura & Industria

TRAJECTI ad RHENUM,  
Ex Officinâ IOHANNIS à NOORTDYCK, In Acad.  
Typog. Anno 1648.

*Gravissimis, spectatissimis, & Clariſſimis viris,*

- D. JOANNI SCHAGHEN, apud Batavodur  
anos Consuli primario, patri suo;
- D. GERBRANDO SCHAGHEN, apud eosdem  
Secretario consultissimo, fratri suo:
- D. JOANNI SCHAGHEN, apud Steen-  
bergenses Quæstori, & ibidem Armamentario, & anno-  
næ præfecto, cognato suo:
- D. CORNELIO SCHAGHEN, I.V.  
& Medicinæ Doctori, Reipublicæ Alcmarianæ à Consiliis  
& secretis, cognato suo:
- D. ADAMON NOEST, J. V. Doctori, co-  
gnato suo:
- D. HENRICO REGIO, Medico & Phi-  
losopho acutissimo, Reip. Ultraject. poliatro, Medicinæ  
ac Botanices Professori Doctissimo, præceptori ac præsi-  
di plurimum colendo:

*Medicationem hanc dedicat consecratque*

**GUALT. SCHAGHEN.**

M E D I C A T I O P U E L L Æ,  
**Obstructione Mensium & Phlegma-**  
**ticâ cachexia laborantis.**

## I.

P Vella 18. annorum, temperamento pituitosa, post diuturnum frigidorum & viscidorum alimentorum usum, jam à sex mensibus menstruum fluxum non habet. Accessit faciei pallor, totiusque corporis atrophia. Adebat etiam stomachi compressio, respirationis difficultas, ac spontanea lassitudo.

## II.

Afficitur in hac ægra uterus, ut ex mensibus suppressis: item facies, &c, præter viscera nutritioni inservietia, etiam totius corporis habitus, quod ex pallore, & totius atrophiâ ac spontaneâ lassitudine: nec non ventriculus & pulmo, quod, ex stomachi compressione & respirationis difficultate, constat.

## III.

*Morbus*, præcipuus, qui ipsam affigit, & unde reliqua omnia consequuntur, est intemperies quædam uteri pituitosa, viscida, tenax; quæ mensium fluxum sufflaminans, gravissimæ alia symptomata, in historia hic commemorata, inducens, *obstructio mensium, cum leucophlegmatia conjuncta*, appellatur.

*Seu morbo virginis*

## IV.

*Causa procatarractica* hujus morbi est diuturnus frigidorum & viscidorum alimentorum usus: unde multa, viscida, & tenax pituita in visceribus & toto corpore genita, antecedentem huic morbo præbuit causam. Pars verò ejus ad uterum delata, sibique poris ejus inserta, iisque inhærens, continens hujus morbi & symptomatum existit causa.

## V.

Hinc enim humores, singulis mensibus per uterum evacuari soliti, fuerunt sufflaminati, qui ex diutina mora pravam qua-

E e 2 litatem

litate in adipiscentes, ac per sanguinis circulationem in totum corpus delati, induxerunt pallido suo colore, in facie pallorem; ineptitudine verò suā, quā non sunt apti, qui partibus, in quibus perpetua est substantiae corporeae dissipatio, agglutinentur, inducunt totius corporis atrophiam, sive justę nutritionis defectum.

V I.

Ventriculum verò & vicina viscera obsidentes, eaque pondere suo prementes, faciūt stomachi & præcordiorum compressionem. In pulmonum autem substantiam effusi bronchiaque eorum arctantes, respirationis inducunt difficultatē. Et quoniā pituitosus hic sanguis, in cerebrum delatus, ineptus est, qui in copiosos spiritus convertatur, in habitum verò corporis propulsus, musculis gravitatem & motus difficultatem addit: hinc spontanea lassitudo, in levissimis etiam corporis motibus molestā, necessariō tenet nostram ægram,

V II.

Morbus hic valde est periculosus, tum propter obstructio-  
nis uteri tollendæ difficultatem; tum ob viscera insignia, quæ  
hic afficiuntur; tum ob gravia symptomata, quæ producit. Atque  
ideo, ne leucophlegmatiam inducat, curatio primo quoque  
tempore est instituenda.

V III.

Eaque consistet in pravorum humorum præparatione & e-  
vacuatione; ac uteri viscerumque & totius corporis intemper-  
riei, per contraria, correctione.

IX. Pri-

## IX.

Primo itaque tali utatur vino alterante & laxante:

Rx. rad. helenii, calami aromat. an. dragm. ij.  
 eryngij, pimpinellæ, feniculi an. vnc. f.  
 herb. prassii, scordii, menthae, carduis benedict. melissæ, an. m. f.  
 fol. senne dragm. x. agarici trochis. dragm. ij. rab. arb. dragm. j. f.  
 summi. sambuci in vere collectar. m. f.  
 flor. acaciæ, sambuci. an. p. j. & f.  
 sem. feniculi, anisi an. dragm. j.  
 tartari vini albi dragm. j. f.  
 Zinzib., galanga an. dragm. j.  
 passular. minor. dragm. x.

Incisis incidendis, cum lineo raro fiat puppa, quæ infundatur in  
 vini albi libr. vj, de quibus agra bibat haustum bis in die.

Ubi hoc modo alterata & evacuata fuerit, sequenti utatu  
 syrupo:

Rx. rad. s. aperient. vino macerat. per noctem an. vnc. j.  
 eryngii, iresos, scorzonerae an. vnc. f.  
 helenij dragm. ij. polypod. q. dragm. v.  
 Cort. rad. cappar. dragm. ij.  
 citr. vnc. j. f.  
 passul. min. dragm. x.  
 herb. marubij albi, melisse an. m. ij.  
 medull. sem. chartham. dragm. v.  
 fol. senne vnc. f. hermodactill. dragm. ij.  
 sem. dauci, apij. an. dragm. f.  
 flor. anth., stachad. an. p. j. sambuci, genistæ an. m. f.  
 cicer. rubr. vnc. f.  
 tartari albi puri dragm. ij.

Macerentur per noctem in vini & aq. pari. aq. q. f. &  
 Ee 3 postea

postea eoz. ad tert. part. consumt. Colatur lib. ij. s.  
adde sacc. lib. s. & decoq. in formam Syrupi, de quo  
mat quotidie vnc. ij. vel vnc. viij. per oculum continu-  
ando.

X.

Postea, perseverante morbo, utatur sequenti remedio:

Rx. tremor. tartari dragm j. s.  
magisterii tartari vitriolati  
coral. rubr. an. dragm. s. Misce:

De hoc medicamento sumantur scrup. ij. cum haustu vini  
sequentis:

Rx. herb. absinij, card. benedicti an. m. s.  
rad. calami aromatici, helenij an. dragm. ij.  
galanga, zedoaria an. dragm. j.  
ligni saffaphras dragm. s.

Incisa infundantur in vini albi mensura j.

Ubi his per biduum fuerit uia, purgetur tali pul-  
vere:

Rx. rad. mechoancanna pulv. dragm. j.  
tartari vitriolat scrup. s.  
scammonij gr. ij. Misce, F. pulvis,  
cum praecedenti vino exhibendus.

XI.

Denique tali utatur Clareto laxativo, ubi novilunium  
instabit:

Rx. rad. helenij, feniculi, eryngij an. dragm. iiij.  
passular. coriñh. dragm. x. fol. senae vnc. j. agarici trochis. vnc. s.  
urbis, hermodacte., an. dragm. j. s. rabarbari dragm. s.  
ligni saffaphras dragm. j. sem.

sem. anis, senniculi an. dragm. s. creme: tartar. dragm. j. s.  
saccari albi vnc. ij.

Vini q. s.

Incisa & contusa in vino semel ebulliant, postea macerentur per  
nocte in loco calido: Mane coletur per manicā hippocratis ad lib. ij. s.

F. Claretū, de quo bibat semel vel bis in die haustū vnc. ij. vel IV.

Ubi de illo per biduum vel triduum usa fuerit, purgetur his  
pilulis hystericas:

Rx. aloes succotrina dragm. ij. myrrha opt. scrup. j.  
extract. calami aromat., card. benedict: an. scrup. s.  
extracti croci gr. ij. rad. gentiane, aristot. long. dictam.  
an. gran. v.

Cum rob. sambucino q. s. F. massa pilularum, de cuius  
dragm. s. f. pilula N<sup>o</sup> v, quas per dies tres quatuorve sumat  
mane, jejuno ventriculo.

## XII.

Toto curationis tempore aēr sit temperatus, cibus eupeptus  
& euclyptus, motus corporis sit moderatus. Tristitiam  
vitet.

## C O R O L L A R I A.

1. **M**edicina male in theoreticam & practicam; sed recte in cognitionem & curationem dividitur.
2. Pili & unguis sunt partes humani corporis.
3. Morbus est facultas lesa corporis, non anima.
4. Morbus non habet materiam.
5. Fœtus undecimo mense editus potest esse legitimus.
6. Omnis motus est corporis de loco in locum translatio.
7. Nullus motus perit.
8. Definitio motus Aristotelica implicat contradictionem, & est definitio obscurior.
9. Res artificiales sunt quoque naturales.
10. Non omnis ignis est calidus,
11. Aqua media hyeme potest dici calida; nec tamen humida.
12. Nulla cadit cognitio in bestias.
13. Anima rationalis non est tota in toto corpore, & in singulis partibus tota dicenda.
14. Membra non sentiunt.
15. Anima immediate in solo cerebro sentit.
16. Omnes colores apparentes sunt veri; & è contra.
17. Corpora colorata dicta non habent colorem.
18. Nigredo non est color.
19. Magnes non trahit ferrum.
20. Homo sine alvi secessa potest vivere.
21. Quædam animalia certis temporibns moriuntur & postea reviviscunt.
22. Animal sine testibus procreare potest.
23. Nullum datur spatum imaginarium vel vacuum.
24. Corpus dum movetur potest dici esse in duob. loc. simul.

F I N I S.

00 A 6396

ULB Halle  
002 928 167

3



Stra



curi F, Conditum, de quo sumat fre-  
magnitudinem castaneæ.  
extum morbi diem iniciatur. Clyster talis  
& adstringens:  
vnc.s.  
g nis, endivia, lactuca, portulaca an. m. j.



27

MEDICATIO PUELLÆ,  
Obstructione Mensium & Phle-  
gmaticâ cachexia laborantis.

Q V A M

Divino adjuvante Numine,  
SUB PRÆSIDIO

Viri doctrinâ & experientiâ clarissimi;

D. HENRICI REGII,  
Reip. Ultrajectinæ Poliatri, & Medicinæ  
ac Botanices Professoris Ordinarii,

Publicè ventilandam proponit

GUALTERUS SCHAGHEN Batavo-Duranus.

Ad diem 21. Octobris, horâ 9. matutinâ.



Natura & Industriæ

TRAJECTI ad RHENUM,  
Ex Officinâ I OHANNIS à NOORTDYCK, In Acad.  
Typog. Anno 1648.